



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXXVI. De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subjectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

T I T V L V S XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBUS, UT EPISCOPO
SINT SUBJECTÆ.

Sumuntur in latiore quodam sensu hic religiosæ domus, prout non tantum monasteria, hospitalia, & alia collegia, ac confraternitates pias, ad opera pietatis & misericordia exerceenda, auctoritate Episcopi, erecta, & instituta sunt, sed prout etiam omnes Ecclesiæ, & ædes sacras ad cultum Dei in dedicas comprehendunt, de quibus

§. I.

Cuianam spectato jure communi Ecclesia, & monasteria sint subjecta?

Omnes Ecclesiæ parochiales, tisque annexas filiales, & capellas, uti & monasteria religiosorum, Episcopo, intra cuius diœcesis sunt sita, subjecta esse (nisi speciali Privilégio exempta sint) ita ut fundatam ille in jure intentionem habeat, super omnibus Episcopibus iuribus, quoad spiritualia, ex can. omnes Basilica 10. caus. 16. q 7. c. cum olim 18. de prescript. c. cum venerabilis 7. b. t. pater, & ordinariorum jurisdictio probat, que per totam diœcesin se extendit, neque obest huic subjectioni, quoad iura Episcopalia præstanda, Ecclesiæ ratione incorporationis faciat, aut patronatus possideri à religiosis.

Compedit. Pirhing.

cùm per tales incorporationem nihil præjudicetur iuribus Episcopali bus, nisi expressa exemptio talium incorporatorum Ecclesiæ fuisse ab Episcopo facta, reservatâ fortassis pensione aliquâ, in recognitionem hujus exemptionis præstandâ, quod sicut posse colligitur ex c. constitutus. 6. b. t. absque Simonie vitio, cùm pensio talis non tam in premium concessæ exemptionis, quam in recognitionem subjecti præterita accipiat.

§. II.

Cui Episcopo subjecta sit Ecclesia, vel monasterium unitum Ecclesia, aut monasterio alterius Diœcesis:

Manere Ecclesiam tales, vel monasterium subjectum Episcopo loci, quamvis monasterio alterius Diœcesis unita sit ex c. Quia monasterium 2. b. t. patet, cùm uno fiat sine præjudicio tertii, nisi specialiter alia exprimantur. Neque tamen exinde inferre licet, quod ut sit ad Episcopum, etiam loci illius, ubi monasterium unitum situm est, prætereat, confirmare v. g. Vicarium, aut Priorum monasterii unici, si electio hujus ex consuetudine v. g. ad uniti hujus monasterii conventum spectat, cùm enim unitum tale monasterium sit acceler.

Ggg

sorid

soriē alterī monasterio principalī, conseq-
uenter unīs idemque utriusque mona-
sterii Prælatus erit, & prælatura uniti
monasterii non vacabit per mortem Vi-
carii, seu Prioris uniti hujus monasterii,
sed debebit etiam unito huic monasterio,
per principalis monasterii Prælatum pro-
videri, constituendo in tali monasterio
vel Vicarium, vel electum ex consuetu-
dine confirmando.

§. III.

An Ecclesia regulares possint mu-
tari in seculares Ecclesias, sive mo-
nasteria, in collegia seculariorum
Clericorum?

Respondetur, non posse Prælatum,
Papā inferiorem, monasteria, in
quibus vivunt religiosi, ad statum secula-
rem reducere, etiam si in illis disciplina
religiosa collapsa sit, nisi repetiri non
possint religiosi, per quos illa monaste-
ria reformatur c. *Inter quatuor* 5. b. 1. &
hinc Episcopus, si velit ex necessitate alia-
qua collapsum tale monasterium refor-
mare, debet reformatio facere per
religiosos ejusdem monasterii, vel in ho-
rum defectum, evocate alios ex aliis mo-
nasteriis ejusdem ordinis; vel si nec hi
haberi possint, reformatio talis mona-
sterii fieri debet, per religiosos alte-
rius ordinis iuxta c. *Relatum*, 7. *Ne Clo-
rici vel Monachi* &c. vel denique si nec
per regulares reformatio monasterii in-
stitui possit, suffici poterunt Clerici se-
culares, quia necessitas legem non habet:
facilius tamen fieri potest, ut ex Ecclesia
seculari fiat regularis, cum statuotem
vitani proficiantur regulares Clerici, &
sic in virtute fiat alcensus potius, quam
descensus.

§. IV.

*De Xenodochis, sive hospitalibus
& similibus locis,*

Multa in hoc §. queruntur de his
talibus, que tamen ad hunc in-
lum vix videntur pertinere; illud ulti-
mus tituli inquitur, utrum Episcopi le-
risditione subjecta sint hospitalia, &
milia loca pia, &c. cui quæsito respon-
tur, si auctoritate Episcopie recte, &
stituta sine hospitalia, aut ejusmodi loca
pia, ita ut Ecclesiæ aliquam, capellam,
vel altare adjunctum habeant, in qua
facta fiant, subsunt jurisdictione Episco-
pi loci illius, in quo sita sunt, ut in causa
Episcopus fundatam quidem in jure in-
tentio[n]em habeat super jurisdictionem,
ordinationem, ac circa talium hospitalium
c. *De Xenodochiis* 3. *Junct.* *Clof.* *verbis*
in quorum Diœcesi b. 1. ac ju[bi]batur
visitandi, rationes administrationis regen-
dandi, nisi sub immiedata procedure
Regum existant, aut aliter in fundatione
constitutum sit, *Clement.* 2. b. 1. & *To-*
ment. *eff.* 22. *cap.* 8. & 9. *Determinatione*:
nihil tamen sibi vendicate, aut op-
propriare de rebus ad tale hospitale, ob-
spectantibus possit: & quamvis in ei-
rum hospitalium cura, aut gubernatione
nihil immiscere le possit Episcopus, qua-
à secularibus praescit, nihil requirat e
piscopo, erecta fuerint, negati tamen
non potest, quod, patrono praefixa
mortuo, ad ejus etiam solitudinem
pertineat, ut pie defunctorum voluntate
circum opera misericordie, agri, &
valetudinatis, &c. in tali hospitali con-
morantibus impendenda, exercitio
mandentur; & hinc iuxta dictum

Tridentinē sess. 22. cap. 9. De reformat. habet Episcopus potestatem, etiam in his hospitalibus rationes exigendi, nisi aliter in fundatione cautum sit.

§. V.

De institutione novorum ordinum Religiosorum.

Sufficiebat quidem olim ad novum Ordinem instituendum, sola illius Diecēsis Episcopi approbatio, in quo novus ordo talis instituebatur, ita ut postmodum, tacitè falcem, à tota Ecclesia approbatus censeri posset: post Concilium tamen Lateranense sub Innocentio III. habitum, nulla amplius nova religio

institui potest, sine facultate, & approbatione Summi Pontificis a. *Nenimia 9. b.t.c. Religiosorum, unico, eodem in 6. Clement.* Cū de quibusdam i. eodem. & extravg. unita Joan. 22. eodem. ex quibus juribus etiam habetur, quod non tantam approbatio talium novarum Religionum, penes Summum Pontificem sit, tanquam rei summè arduæ, sed ordinum etiam quoru[m]cunque extensio, irritatio, extinctio, suppeditio, &c. cū plenum jus circa religiosos ordines disponendi Summo Pontifici, tanquam Pastori, & Superiori universalis, pro bono Ecclesie vigilanti, competit.

TITULUS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORUM, ET ALIORUM RELIGIOSORUM.

Capellarum nomine hic veniant Ecclesiæ Parochiales unitæ, seu incorporate monasteriis, sive Ecclesiæ regularibus; de quibus iura quidem antiquatauunt, ut in illis cura erga populum Parochianum non exerceatur per Monachos, quorum status vitam solitariam loquitur, sed per sacerdotem Clericum, ad presentationem Monachorum ab Episcopo instituendum, administretur; qui plenè subsit Episcopi jurisdictioni. *c. 1. b. t.* hodierno tamen jure, si Ecclesia Parochialis pleno jure monasterio unita est, Vicarius etiam regularis, qui curam in ea administraret, constitui potest, examinandus tamen, & approbandus ab Episcopo, nisi plenissimo jure Ecclesia talis monasterio unita esset, vel in litteris fundacionis expressum sit, ut per secularem Clericu[m] cura illius Ecclesiæ administretur.

§. I.

An, & qualiter una Ecclesia non Cathedralis, possit vendicare sibi jus in alia Ecclesia?

Ex hoc solo, quod Ecclesia aliqua, praesertim collegiata, aut conventionalis, sit posita intra fines alicujus Parochia, aut pro Baptismo accipiendo mittente ad Ecclesiam Parochialem, suos infantes debeat illarum Ecclesiarum sub-

Ggg g 2 diti